



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 146. Bellum inter Hispaniæ Regem & Sabaudiaë Ducem instauratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. largisque promissis ad Ecclesiæ finem
 A. C. 1616. revocare valerent: Hunc in finem Borg-
 hesius Cardinalis Trajanum Bocalinum
 accersitum rogabat, ut vel ipsemet iter
 in Angliam ad Marcum susciperet, vel
 saltem literas tanquam ejus familiaris
 olim in paucis charus ad illum exara-
 ret, reditumque suaderet, quod etiam
 præstitit Bocalinus datis ad eum literis,
 quamvis furdo fabulam caneret. Por-
 ro rationes, quibus suum transitum ho-
 nestare nitebatur, ipsimet Spalatino
 post sedatum indignationis æstum haud
 validas fuisse visas, ex ipsius reditu elu-
 cet, prout suo loco referemus.

§. CXLVI.

*Bellum inter Hispaniæ Regem &
 Sabaudiæ Ducem instauratum.*

*Ferrer cont.
 Hist. Hisp.
 Merc. Gal-
 lob. tom. II.
 l. 3.*

Frustrata etiam altera pace Astensi in-
 stauratum recrudit bellum inter Hi-
 spaniæ Regem & Sabaudiæ Ducem an-
 no superiori non nihil sopitum. Quippe
 Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux datis
 etiam ad supremum Delphinatus Præ-
 torem literis caussabatur, quod Hispa-
 niæ Administri fide non optima condi-
 tionibus utrinque pactis inhærerent, ac
 nondum milites, prout cavissent, di-
 misissent: Negabant id Insubres, & Hi-
 spani, qui vicissim Sabaudis objecta-
 bant

bant, quod ad prosequendum bellum a Venetis pecuniarum armorumque subsidia acceptasset: ne tamen Hispani intæ paci obstare viderentur, sui Regis nomine Petrus Toletus Mediolanensis Gubernator Sabaudus author exstitit, ut ad obtinendam plenam reconciliationem datis ad Regem literis perdemisse præteritorum veniam impetrare, culpamque deprecari niteretur: cum autem Philippus III. interim ab Emanuele Duce peteret, ut Mauritium Filium suum tertio genitum in Hispaniam mitteret, ac Regis arbitrio & Gratæ, pacis ineundæ conditiones relinqueret, spe tamen facta, quod ad recuperandam Genevensium urbem Rex delectum militem submissurus esset, Sabaudus hujus pollicitationis amplitudine haud captus, fortiter bellum prosequi, quam pacem tam ferviliter redimere maluit, Venetis jamjam classicum canentibus: quocirca inter partes, quibus reconciliandis Pontifex, ac Galliarum Rex vehementer, incassum licet, intenti erant, atrocius quam unquam antea, exarsit bellandi studium, & animositas. Ad diem igitur Septembris decimam quartam pertinax utrinque committitur certamen, in quo ex Sabaudis ducenti, altera vero ex parte circiter quadraginta periere. Progressi inde Hispani vigesima prima

Sæc. XVII.
A. C. 1616.

Sæc. XVII. ejusdem Mensis die Cortesanam muni-
 A. C. 1616. tiffimum Ducis castellum occuparunt:
 vicissim Sabaudi quemdam Nobiliffi-
 mum Virum patria Genuensem, qui se
 ad Hispanorum castra remeare fateba-
 tur, comprehensum in custodiam ab-
 duxere, ac plusquam viginti millium
 coronatorum Genuensium viatico spo-
 liarunt. In hæc autem stomachosiores
 Hispani Santiam armis sibi vendicantes,
 oppidum a Divo Germano dictum, ob-
 fessum eunt, ac quæcunque circum
 Astiliaaum loca, urbesque sunt, dire-
 ptionibus, incendiis, compluriumque
 mortalium cæde vastant. Sabaudi ve-
 ro vicem rependentes, postquam Mar-
 calongam adversus eorum conatus mu-
 nierant, in duos Mediolanensium ve-
 xillorum manipulos erumpunt, partim
 trucidant, reliquos fauciant, ac disper-
 gunt, hacque tenui victoria animati ex
 Vercellensi arce erumpunt, & Casaval-
 lonem, Orfengum, aliaque munitiora
 Mediolanensis ditionis loca capiunt. Sub
 idem quoque tempus Toletus San- Ger-
 manæam obsidionem toto armorum im-
 petu urgebat, perfractisque portis, mu-
 nitionibusque penetratis urbem in suam
 redigebat potestatem, minus tamen pro-
 spero hujus victoriæ successu; Sabau-
 dus enim interim omnes viarum transi-
 tus tam arcte Hispanis præcluserat, ut
 anno-

Sæc. XVII.
A. C. 1616.

annona ad ipsos nulla pertingere possit, ac ipsi herbis jam, equisque carni-
bus vitam sustentare cogentur. Unde
Toletus, ut hostem alio averteret, Cre-
scentini oppidi obsidionem simulat:
sparsa igitur hujus expeditionis rumore
Dux Sabaudus cum maxima sui exer-
citus parte ad Lucedæam Abbatiam
convolat, eo consilio, ut Hispanos pe-
riculi ignaros aut opprimeret, aut sal-
tem armis, itinerisque labore impedi-
tos velitationibus lacefferet: Attamen
Hispani, cum hanc in se fabulam cudi
nosset, copiis aliquot in insidiis clam
constitutis cum Equitatu tanquam Cre-
scentinum festinantes antegressi sunt,
mox tamen, cum Sabaudi in eos ma-
ximo tumultu irruerent, metum fu-
gamque simulantes, tamdiu recessere,
donec postremum Sabaudorum inse-
quentium agmen ad paratum insidia-
rum locum pertingeret: tum vero ex
arbuti recessu Hispani erumpentes,
necnon illi, qui hucusque fugam finxe-
rant, conversis in insequentes signis eos
a fronte, & a tergo intercipiunt, me-
dioque hostilium copiarum claudunt.
Fit non jam velitatio, sed atrox & cruen-
ta pugna tredecim continuas in horas
protracta, donec penes Hispanos abs-
que controversia victoriæ summa sta-
ret, cæsis Sabaudorum octingentis,

Nn 4

toti-

Sæc. XVII.
A. C. 1616.
totidemque vulneratis, plurimisque captis: decem quoque belli tormenta cum pluribus vexillis, armis & equis in prædam cessere Hispanis, ex quibus toto, tamque acri conflictu, cecidere pauci, nec fere, nisi quos primus hostilis incursus, & pugnae turbo deprehenderat ad initia simulatae fugæ, quæ victoriæ viam parabat. Sabaudis hac clade, & Victoris præpotentia devictis, cum mutua pacis spes haud infima promicaret, Paulus V. Pontifex Alexandrum Ludovisium Bononiæ Archiepiscopum, & Ludovicus XIII. Galliarum Rex Philippum Bethunium Oratores eo ablegabant, qui crebris, feriisque admonitionum stimulis Hispanos æque ac Sabaudos ad concordiaë pacta incitarent. Verum Emanuel Sabaudiaë Dux nec fortunæ adversantis invidia dejectus, nec causæ suæ æquitati diffusus belli consilia resumebat, coactisque sub signa suorum aliquot millibus castra prioribus ampliora reddebat, atque inter alia Insubriaë loca capta, Masseranum etiam oppidum & Grevecortum castellum occupabat, Governatore etiam Narbonensi in suam opem sollicitato.

§. CLXVII.